



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Corpus Juris Canonici**

**Gregor <XIII., Papst>**

**M. DC. LXI. Coloniae Munatianaee, 1661**

54 Hæc prohibet servos sine libertate sacrari.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62953](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62953)

In hoc libro per versuto est epistola ejusdem Alexandri ad Ger-  
vasium Rhemensem Archiepiscopum: cui hoc idem consilium dat,  
quod Rosaldo Constantiensis Episcopi se dedisse narrat.

DISTINCTIO LIII.

Utriusque autem, ut supra a scriptum est, ideo ordi-  
nari prohibentur, quia frequentes dum ab Ecclesia re-  
pellerentur, plerumque inaccessibiles ecclesia confessorum vel  
quia videri caritatis non vult religio, sed ut officiorum suorum ra-  
tionem fugiant, ad ecclesiam se transferant.

C. I. § Quare sit constitutum, ne curiales  
ordinentur.

Unde Gregorius Papa scribit lib. 7. reg. epist. 11.  
Episcopi Sicilia, de leg. Mauriti  
Augusti.

Istem h, quam piissimus Imperator dedit, ne for-  
tasse, qui militis, vel rationibus sunt publicis ob-  
ligati, dum causam suam periculum fugiant, ad ec-  
clesiasticum habitum veniant, vel in monasteriis con-  
vertantur, vestra studii fraternitati transmittere; hoc  
maxime exhortans, quod hi, qui seculi actionibus im-  
plicati sunt, in clero ecclesie propter suscipiendi non  
sunt: quia dum in ecclesiastico habitu non dissimiliter  
quam vixerant vivunt, neque quam fidei seculum fu-  
gere, sed mutare. Quod si etiam tales quoque monaste-  
rium petunt, suscipiendi nullo modo sunt, nisi prius a  
rationibus publicis absoluti fuerint. § Si qui vero ex  
militaribus viris: in monasteriis converti festinant, non  
sunt temere suscipiendi, nisi eorum vita fuerit subtiliter  
inquisa. Et iuxta normam regularem debent in suo ha-  
bitu per triennium probari, & tunc monasticum habitum  
Deo auctore suscipere.

§ Viris] In aliquot versuto Gratian exompletibus, & a-  
pud Ivoem legitur, numeris, ut significatur multitudine in breviculo,  
sive matricula descripti.

DISTINCTIO LIV.

§ Ervi autem ordinari prohibentur, nisi a propria dominis  
libertatem legitimam consequantur.

C. I. § Servus ad clericatus officium non  
promoveatur.

Unde Leo Episcopus scribit epist. 11. omnibus E-  
piscopis per Campaniam, &c.

Nullus i Episcoporum d servum alterius ad clericatus  
officium promovere presumat, nisi forte eorum  
petitio, aut voluntas accesserit, qui aliquid sibi in  
eo vindicant potestatis. Debet enim esse immunis ab  
aliis, qui divine militie est aggregandus, ut a castris do-  
minicis, quibus nomen ejus adscribitur, nullis necessitatis  
vinculis obstrahatur.

§ Nullus] Caput hoc videtur consilium ex titulo, qui  
in ecclesie canonum proponitur primo decreto Leonis primi, & ex  
parte posterioris istius decreti, in qua exceptio eorum, qua prius  
fuit, continetur, prout autem pars, qua hic dicitur, habetur. f. ead.  
admittitur.

C. II. § De servili conditione nullus ad sa-  
eros ordines deveniat.

Item ex concilio Triburiensi 1.

Nulli e de servili conditione ad sacros ordines pro-  
moveantur, nisi prius a propriis dominis legitimam  
libertatem consequantur: cuius libertatis charta ante  
ordinationem in ambone publice legatur, & si nullus  
contraxerit, tunc consecrabitur. Porro servus non cano-  
nicus consecratus, postquam de gradu ceciderit, ejus  
conditionis sit, cuius fuerat ante gradum.

a Dist. 11. c. designata. b Ivo p. 10. c. 124. c ad altis-  
simus] 108. d Poly. l. 2. tit. 31. Anst. 7. c. 25. Burch. l. 2. c. 22. in  
finc. Ivo p. 6. c. 64. c Poly. ibid. Burch. l. 2. c. 21. Ivo par. 6. c. 74.  
Ivo. l. 2. c. 61.

1 § Concilio Triburiensi] Huius capituli in conc. Tribur.  
c. 29. sententia potius habetur, quam verba, que aliqua ex parte  
videntur convenire cum iis, que scribuntur lib. 1. Capitul. c. 11. de or-  
dinatione servorum, vers. & quodcumque.

C. III. PALEA.

[Ex concilio Carthaginiensi 1 primo, cap. 5.]

Magnus a Episcopus Astigenis dixit, quid dile-  
ctioni vestra videtur, procuratores, actores & ex-  
ecutores, seu curatores pupillorum si debeant ordinari?  
Gratus Episcopus dixit: si post deposita universa, & red-  
dita rationibus, actus vite ipsorum fuerint comprobati  
in omnibus, debent & cum laude, cleri, si postulati fue-  
rint, honore minnerari. Si enim ante libertatem nego-  
tiorum, vel officiorum ab aliquo sine consideratione  
fuerint ordinati, ecclesia infamatur 2. Univerfi dixerunt,  
recte omnia statuit sanctitas tua, ideoque ita est, & nostra  
ista quoque sententia.

1 § Carthaginiensi] In codicibus impressis dicitur ex Mo-  
guntinensi. Emendatum vero est ex Burcardo, Ivoem, decretal.  
in c. un. de obliq. ad ratioe.

2 § Ecclesia infamatur] Sic emendatum est ex concilio,  
& decretal. & Burcardo, & Ivoem. Antea legebatur, ab ecclie-  
sia infamatur.

C. IV. § Post donum libertatis famuli ecclesie  
revocentur in clerum.

Item concilio Toletano IX. cap. 11.

Qui b ex familiaris e ecclesie servituti devocantur in  
clerum ab Episcopis suis, necesse est, ut libertatis per-  
cipiant donum: & si honeste vite claruerint meritis, tunc  
demum majoribus fungantur officiis. Quos vero flagitii  
fordidaverint corrigibilis noxa, perpetua servitus condi-  
tionis religet in catenam.

Qui autem ordinandi, a domini sui libertatem consequantur,  
ab eorum patronis penitus debent esse alieni, ut in nullo eorum ob-  
sequio inveniuntur obnoxii.

C. V. § Ad clericatum suscipiuntur qui nullo  
obsequio retento, a Domini sui liber-  
tatem percipiunt.

Unde in concilio Toletano IV. c. 72. legitur.

Quicumque d libertatem a dominis suis ita perci-  
piunt, ut nullum sibi in eis obsequium patronus  
retentet, isti si sine crimine e sunt, ad clericatus ordinem  
liberi suscipiuntur, quia directa manuissione absoluti  
inocentur. Qui vero retento obsequio manumissi sunt,  
pro eo, quod adhuc patroni servitute tenentur obno-  
xii, nullatenus sunt ad ecclesiasticum ordinem promo-  
vendi, ne quando voluerint eorum Domini, fiant ex cle-  
ricis servi.

C. VI. PALEA.

[Ex concilio Toletano 1, cap. 12.]

De f servorum ordinatione, qui passim ad gradus  
ecclesiasticos promoventur, placuit omnibus cum  
sacris canonibus concordari debere: & statutum est, ut  
nullus Episcoporum deinceps eos ad sacros ordines pro-  
movere presumat, nisi prius a dominis propriis liberta-  
tem consecuti fuerint. Et si quilibet servus dominum  
suum fugiens, aut b per literas, aut adhibitis testibus  
munere conductus, vel corruptus, aut qualibet callidita-  
te, vel fraude ad gradus ecclesiasticos pervenerit, de-  
cretum est, ut deponatur: & dominus ejus eum reci-  
piat. Si vero avus, vel pater ab alia patria in aliam mi-  
grans, in eadem provincia filium genuerit, & ipse fi-

a Ext. de oblig. ad ratioe. non ordin. cap. magnus. Burcardo.  
l. 2. c. 36. Ivo p. 6. c. 37. b Ivo par. 6. c. 373. c ad famulus.  
d Poly. l. 2. tit. 31. Burch. l. 2. c. 21. Ivo p. 6. c. 126. Pann. lib. 3. cap. 48.  
e crimine capitali] orig. Cap. l. 1. c. 88. f Ext. de serv. non or-  
din. c. 2. Burch. l. 2. c. 21. Ivo p. 6. c. 131. Pann. l. 3. c. 183. g indifferens  
promovebantur. i capituli. h aut latissimi. i capituli.

lius ibidem educatus, & ad gradus ecclesiasticos promovenerit, & utrum servus sit ignotum a sit, & postea veniens dominus illius legibus eum acquirerit, sanctum est, ut si dominus ejus illi libertatem dare voluerit, in gradu suo permaneat. ¶ Si vero eum catena servitutis a castris dominicis abstrahere voluerit, gradum amittat, quia iuxta sacros canones, vilis persona manens sacerdotii dignitate fungitur non potest.

¶ **Toletano**] Sic etiam extat apud Burchardum & Ivonem. In Panormia vero à vestre. si quilibet servus. citatur ex lib. 1. Capitularium, ubi integrum extat hoc capitulum, argue etiam capitulum hoc secundum. De rebus vero illorum.

**C. VII.** ¶ Sine patroni consensu non ordinetur, qui patrocinio cuiuslibet est obligatus. Item ex concilio Martini Papae. [id est, ex cap. Martini Episcopi Bracarenfis, c. 46.]

**S**i b quis obligatus est tributo servili, vel aliqua conditione, vel patrocinio cuiuslibet domus, non est ordinandus clericus: nisi probate vite fuerit, & patroni consensu accesserit.

**C. VIII. PALEA.** [Ex concilio Toletano 1. cap. 2.]

**D**E rebus vero illorum, vel peculiari d, qui à propriis dominis libertate donantur, ut ad gradus ecclesiasticos iure promoventur, statutum est, ut in potestate dominorum consistat quicquid ante libertatem habuerint, utrum illis concedere, an sibi retinere e voluerint.

¶ **Toletano**] Hac palea in capitularibus habetur conjuncte cum palea antecedente, De servorum. sed apud Burchardum & Ivonem ex eodem Toletano separatim referuntur.

**Ceterum** si à Dominis suis libertatem consecuti non fuerint, & ad Ecclesiasticos ordines aliquo modo irrepserint, presbyter peculi amissione multetur, diaconus vero aut vicarius pro se prestabit, aut in servituum revocabitur: ceteri vero gradus non possunt quamquam à nexu servitutis abstervere.

**C. IX.** ¶ Servus si latenter irrepserit ad sacerdotium, peculi amissionis multetur.

**Unde Gelafius scribit Martino f. & Iusto Episcopi.**

**E**X antiquis regulis, & novella synodali explanatione comprehenditur, & personas obnoxias servituti, singulo ecclesiis militis non praxingi. Sed nescio utrum ignorantia, an voluntate rapiantur, ita ut ex hac causa b nullus penè Episcoporum videatur extorris. Ita enim nos frequens, & plurimorum querela circumstrepit, ut ex hac parte nihil penitus putetur constitutum. ¶ Actores i siquidem illustri viri filii nostri Amandi graviter conqueruntur, homines suo juri debitos, alios jam clericos, alios jam diaconos ordinatos, cum non solum post modernum concilium (quod tantorum collectione & Pontificum sub omnium saluberrima provisione assensu constat esse perfectum) hujuscemodi persona suscipi non deberent: verum etiam si qui forte in divina cultu militis ante fuerint, ignorantia faciente, suscepti, eliminati prolius, & exuti religioso privilegio, ad dominorum suorum possessiones iusta debuerint admonitione compelli. Et ideo fratres charissimi, eos quos supradicti viri actores in clericatus officio monstraverunt detineri, discussos, & obnoxios approbatos, custodito legum tramite, sine intermissione restituite: ita ut si quis jam ex his presbyter reperitur, in eodem gradu

a ignoraverit. b capitulum. c Ex conc. Toletano 1. cap. 10. d Burchard. 2. c. 29. Ivon. par. 6. c. 38. e al. peculi. f vendicare. g capitulum. h al. Martyria. i Sensus in epist. ad Episcopos per Lucianum, etc. c. 16. Polyc. 1. 2. tit. 31. Anselm. lib. 7. c. 29. h al. culpa. i Ivon. 6. c. 23. Panorm. lib. 1. cap. 167. k al. collatione.

peculi sui a amissione multatus maneat. Diaconus vero aut vicarius praestet, aut si non habuerit, ipse reddatur. Reliqua vero officia sciant neminem posse ab hac obnoxietate, si convincitur, vindicari, quatenus hoc ordine custodito, nec dominorum iura, nec privilegia ulla ratione turbentur.

**C. X.** ¶ Servus clericus factus, servituti obnoxius maneat. Idem Hieronymus, Stephanus, & Iusto Episcopi.

**F**requens b e quidem, & afflida nos querela circumstrepit de his pontificibus, qui nec antiquas regulas, nec decreta nostra noviter directa cogitantes, obnoxias possessionibus c, obligatasque personas, venientes ad clericali officii singulum, non testantur. ¶ Nuper d enim actores illustri femine Placidæ, petitioni oblatione conquesti sunt, Sabinum Marcellianensis, five Clustanae e urbis antistitem, Antiochum servum, juris patronæ suæ (absentis domine obligata capta) ad presbyterii honorem usque produxisse, ejusque fratrem Leontium clericali officii privilegio decorasse. Et ideo, fratres charissimi, inter supradictos actores, & eos qui extreme conditionis repetuntur obiecti, cognitionem vestris nostræ auctoritate deputamus, ut omni veritate discussa, si revera, obiectam sibi maculam, iuste reflagrationis non poterit ratione diluere. ¶ Leontium clericum, quem gradus praesertim legibus non defendit, ad sequendam conditionis suæ necessitatem modis omnibus reddi jubebatis: Antiochum vero, quia propter sacerdotium reconciliari f non potest, si in sua ecclesia, in hoc, in quo est, honore collocare desiderat dominam, non velut redditum sibi habeat, sed pro mysterium celebratione susceptum.

¶ **Reddi jubebatis**] In plerisque veteribus exemplaribus Gratiani, Anselmi, Ivone, & Polycarpo legitur, reddite: sed ob glossam non est mutatum.

**C. XI.** ¶ De eodem. Idem Rufino, & Aprilio Episcopi.

**Q**uis g aut leges principum, aut patrum regulas, aut admonitiones modernas dicat debere contemni, nisi qui impunitum sibi tantum affimet transgressum? Actores siquidem filiae nostrae illustri & magnifice feminae Maximæ, petitioni nobis inflammatione conquesti sunt, Sylvestrum atque Candidianum, originarios suos, contra constitutiones, quæ supradictæ sunt, & contradictione præeunte à Luciano pontifice deprecatos ordinatos. Ideo, fratres charissimi, tante variationis excessus noveritis sagacius inquirentes, & si consiteri querelam veritate sulciti, continuo, qui contradictione præeunte non legitime sunt creati, a sacris officis repellantur.

**C. XII.** ¶ Nec ad religiose vite professum, nec ad clericatus officium servus sine dominorum consensu admittitur.

Idem Episcopi per Lucianum, etc. epist. 1. c. 16.

**G**eneralis h etiam querela vitanda praesumptio est, qua propemodum causantur universi, passim servos & originarios, dominorum iura, possessionumque fugientes, sub religioso conversationis obtentu, vel ad monasteria sese conferre, vel ad ecclesiasticum familiarium, conviventibus quippe praesulibus, indifferenter admitti. Quæ modis omnibus est amovenda permittens, ne per Christiani nominis institutum, aut aliena pervadi, aut publica videatur disciplina subverti: praecipit

a al. susula. b Polyc. ibidem. Anselm. 1. 7. c. 30. c al. possessionibus. d Ivon. 6. c. 34. Panorm. 1. 3. c. 105. e al. Capitularium. f al. telli. g sup. 10. cap. 11. Iustini. novel. constit. circa fin. Deuodatus p. 4. Ivon. 6. c. 104. h par. 4. cap. 179. Panorm. lib. 2. c. 100. i Polyc. 1. 4. tit. 34. Anselm. lib. 7. cap. 126. Ivon. par. 6. cap. 100.

cum nec ipsam ministerii clericalis hac obligatione fuerit...

¶ Possessionemque Eminentiam sic est ex decreto...

¶ Item Hoc non sinit invenit apud Gelasium...

¶ Pars. Hoc tunc observandum est...

¶ C. XIII. Ad libertatem perducantur mancipia...

¶ C. XIV. Officia publica Judais non sunt committenda.

¶ C. XV. In libertatem venduntur servi...

¶ Fratritatem vestram de his oportet esse sollicitam...

¶ C. XVI. Qui vendit debeant...

tres menses, dum emptor, cui a venditi fuerint...

¶ C. XVI. PALEA. Idem Januarii Carolus...

¶ C. XVII. PALEA. Item ex concilio Toletano...

¶ C. XVIII. PALEA. Item ex concilio Maticensi...

¶ C. XIX. De eodem. Item ex concilio Aurelianiensi...

¶ C. XX. De eodem. Item Constitutio nova...

¶ C. XXI. De eodem. Item Constitutio nova...

¶ C. XXII. De eodem. Item Constitutio nova...

¶ C. XXIII. De eodem. Item Constitutio nova...

¶ C. XXIV. De eodem. Item Constitutio nova...

¶ C. XXV. De eodem. Item Constitutio nova...

¶ C. XXVI. De eodem. Item Constitutio nova...

¶ C. XXVII. De eodem. Item Constitutio nova...

¶ C. XXVIII. De eodem. Item Constitutio nova...

¶ C. XXIX. De eodem. Item Constitutio nova...

¶ C. XXX. De eodem. Item Constitutio nova...

¶ C. XXXI. De eodem. Item Constitutio nova...

¶ C. XXXII. De eodem. Item Constitutio nova...

¶ C. XXXIII. De eodem. Item Constitutio nova...

¶ C. XXXIV. De eodem. Item Constitutio nova...

¶ C. XXXV. De eodem. Item Constitutio nova...

¶ C. XXXVI. De eodem. Item Constitutio nova...

¶ C. XXXVII. De eodem. Item Constitutio nova...

¶ C. XXXVIII. De eodem. Item Constitutio nova...

¶ C. XXXIX. De eodem. Item Constitutio nova...

¶ C. XL. De eodem. Item Constitutio nova...

¶ C. XLI. De eodem. Item Constitutio nova...

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

no, licet ei intra spatium unius anni, & servilem fortunam probare, & servum suum accipere. Verum etiam si legitimo probato experimento monachus efficiatur, evadit jugum servitutis. Debent enim per triennium, antequam monachi efficiantur, in monasterio permanere: postea vero si monachi effecti fuerint, liberi efficiuntur. Episcopalis a enim ordo liberat à fortuna servili, vel adscripti, sed non à curiali, sive officiali: nam & post ordinationem durat. Sed & jus patris potestatis solvit episcopalis dignitas. Adscriptio vero in ipsis possessionibus clericis etiam præter voluntatem domino fieri permittitur: ita tamen, ut clerici facti impositionem sibi agriculturam adimpleant.

¶ Extat hoc caput ad verbum in epistolis novellarum Constantini ab Irenio descriptis, quæ post codicem post silenti, stremit, in novella 123. c. 26. per Iulianum antecessorem. Verba autem quæ addita erant in titulo, Leo Imperator omnibus Episcopis, videntur illuc irreflexe ex sequenti titulo.

C. XXI. ¶ De eodem.

Item Leo Papa omnibus Episcopis, epist. 1. c. 1.

**A**dmittuntur, & passim ad ordinem sacrum, quibus nulla natalium, nulla morum dignitas suffragatur: & qui à dominis suis libertatem consequi minime poterunt, ad fastidium sacerdotii (tanquam servilis vilitas hunc honorem iure capiat) provehantur. & j. Ab his itaque fratres charissimi, omnes vestre provincie abstineant sacerdotes: & non tantum ab his, sed etiam à aliis originariis, vel qui alicui conditioni obligati sunt, volumus temperari, nisi forte eorum peritio, aut voluntas accesserit, qui aliquid sibi in eos vindicant potestatis.

¶ pars. De servis monasterii queritur, an ecclesiasticis officio possint aggregari, an non. Sed famuli ecclesiarum non sunt ordinandi, sicut supra dictum est, nisi à propriis Episcopis libertatem consequantur. Porro servus monasterii libertatem consequi non valet, non ergo ad clericatum sibi accedere licet. Quod autem liber fieri non possit, probatur auctoritate octavæ synodi, in qua sic statutum legitur.

¶ Non valet. In primo Vaticano post hoc verba sequitur: qui enim sunt monasterii, in nullis jus transire possunt. Unde nec abbas potest dicere, hoc meum est: non ergo, &c. Caput autem, quod nove à Gratiano citatur, alibi reperitur non est, quoniam apud Iherosolimam in reg. monach. in de famul. vita.

C. XXII. ¶ Monasterii servum abbatem vel monacho non licet liberum facere.

**A**bbati & vel monacho monasterii servum non licebit facere liberum. Qui enim nihil propriam habet, libertatem rei alienæ dare non potest. Nam sicut etiam sæculi leges sanxerunt, non potest possessio alienari, nisi à proprio domino.

Hæc auctoritate prohibentur serva adipsam libertatem recedendi ab obsequio monasterii: sed non prohibentur nancisci libertatem promovendi ad sacri ordinis. Potest enim, sacri ordinis constitutus, monasterii obsequium perpetuo deferre: ac sic servus monasterii & libertatem adipiscitur, & sacri officii assumpti valet. Unde in abbasipulo præfata constitutionis hæc consuetudo redditur. [Injustum est enim, ut monachis rurale opus facientibus, serva eorum otio torpent, ac delictis afficiant.]

¶ Injustum. Infr. 17. quæst. 4. c. in venditionibus. vers. injustum hoc ipsum citatur ex concilio Agathensi, ubi etiam ex tract. c. 6.

a Tit. de sanctis. Episcopis 4. sed & quidem. Authent. epistola de Episc. & cleric. eod. Authent. sed epistola. co. b Auth. ad scriptur. eod. c Anst. l. 7. c. 27. Bar. l. 2. c. 22. Ivo p. 6. c. 62. d & ab aliis, qui aut originali, aut alicui. orig. e Iherosolim. in reg. monach. c. de fam. vita.

Quid autem servi ecclesiarum (quo nomine etiam monasterii servi significari intelligimus) ad sacra religionis propriam delectationem assumi, auctoritate Gregorii probatur, qui in generali synodo respondens a dixit.

C. XXIII. ¶ Si conversus in probata fuerit famulus ecclesie, potest ordinari.

**M**ultos & de ecclesiastica familia, seu seculari militia novimus ad omnipotentis Dei servitium festinare, ut ab humana servitute liberi, in divino servitio valeant familiariter in monasteriis conversari. Quos si passim dimitimus, omnibus fugiendi ecclesiastici juris dominium occasione præbimus. Si vero festinantes ad omnipotentis Dei servitium incaute retinemus, illi invenimur negare quædam, qui dedit omnia. Unde necesse est, ut quisquis ex juris ecclesiastici servitute, vel secularis militia, ad Dei servitium converti desiderat, probe prius in laico habitu constitutus. Et si mores illius, atque conversatio, bono desiderio illius testimonium ferunt, absque ulla retractatione servare in monasterio omnipotenti Deo permittatur: ut a servitio humano labor recedat, qui divino amore distractionem habuit, appetit servitium. Si autem & in monastico habitu, seculare Patrum regulas irreprehensibiliter fuerit observatus, post præfixa sacris canonibus tempora, licenter jam ad quodlibet ecclesiasticum officium provehatur: si tamen illis non fuerit criminibus maculatus, quæ in testamento veteri morte multantur.

¶ Ecce quomodo servi ad clericatum assumi volunt, vel quomodo non admittantur. Liberi quos, non sunt promovendi ad clericum, nisi ab obsequio sui patroni fuerint absoluti.

C. XXIV. ¶ Absq. patroni assensu liberum non promovendum ad clericum.

Unde in concilio Eliberitano, cap. 20.

**P**rohibendum est ut liberi, quorum patroni in seculo fuerint, ad clericum non provehantur.

**D**ISTINCTIO LV.

Orpore vero vitæ, sicut à sacris officii prohibentur.

C. I. ¶ Qui de monasterialibus discipulis ad clericale munus accedit, & de laici, ante ad hæc vita exanimetur.

Unde Gelasius Papa Episcopus per Lucianum & Bratius constituit, epist. 1. c. 2. & 3.

¶ scilicet, dicitur.

**P**rius dicitur igitur pro sui reverentia manentibus conditis (quæ, ubi nulla vel rerum vel temporum periculis angustia, regulariter convenit custodiri) etiam ecclesiis, quæ vel cæcis sunt private ministris, vel sufficientibus usque adeo despoliate servitibus, ut plebis ad se pertinentibus divina munera, supplere non valeant, tam instituti, quam promovendi clericali obsequio, si spatia dispensanda concedimus, ut si quis monasterialibus 2. disciplinis eruditus ad clericale munus accedit, etiam de laicis antea de ejus vita requiratur.

¶ Ne. si aliquo facinore infectus, vel illiteratus, vel bigamus, vel ab adolescentia fordatus, vel corpore contumacis, vel servilis, vel originarie conditionis, vel cuius vel publicum, rerum nexibus implicatus, vel publica poenitentia notatus, vel nulla congruentis temporis expectatione discussus.

¶ Eatenus ecclesiis. Restitutus est hic locus ex epistola Gelasii, & Ivo.

a al. præsidem. b Ex decreto E. Gregorii in extremis lib. regenti, & aliqua ex parte l. 4. epist. 24. Item. Dist. 2. c. 16. in conc. Tribur. cap. 29. Anselm. l. 7. c. 14. Polyc. d. 6. c. 11. 16. c. aliter. d Ivo p. 3. c. 142. & 141. Polyc. d. 11. c. 37. d. 7. c. 47. e lib. 4. d. 77. si quis.